

deinde persentire corpora externa quatenus haec impressionem faciunt in illo, sicque modificant actionem sensus fundamentalis. Sententia huiusmodi, praeterquam quod naturae sensationis non consentit, subiectivismo ac scepticismo viam sternit; reducit enim sensationes omnium mundanarum rerum ad meras modificationes sensationis quam anima habet corporis in quo vitam degit.

Coroll. III. — Omnis facultas cognoscitiva sensitiva est facultas organica, i. e. residens in aliqua parte organismi. Et vero ubi actus ibi et facultas seu vis agens. Sed cogni-

morti d'ossigeno, atomi morti di azoto, di carbonio, d'idrogeno, quanti altri atomi vorrete, ma morti come grani di piombo, e quanti ne possono entrare nella composizione del vostro cervello: fateli correre e combinarsi a piacer vostro, supponete fra loro urti e pressioni...: potete voi comprendere come da questi moti meccanici possa nascere la sensazione, il pensiero o l'affetto? » E il Du Bois Reymond anch'egli: « Qual connessione imaginabile v'è fra certi moti di certe molecole nel mio cervello da una parte e dall'altra i fatti primitivi indefinibili, innegabili: Io provo dolore e piacere, sento l'odore d'una rosa, assaporo la dolcezza, veggo el rosso, odo una melodia? » E il valentuomo se ne spacchia con dire che non la sa, e che anzi non si saprà mai.

« Il Tyndall però crede d'aver trovato una miglior risposta, se non compiuta...: « Noi pensiamo e sentiamo, così egli, perchè tale è la forza delle combinazioni materiali, che esse pensino e sentano..., tutti questi fenomeni avendo le loro ragioni imperscrutabili in quello che ci avventureremo di chiamare *vita cosmica* ». Vita cosmica? Ma di grazia: poichè cotesta vita cosmica non è poi omogenea in tutti gli esseri dell'universo, ma in altri è una vita morta, come nei minerali, in altri è di vegetazione, in altri ancor sensitiva, in altri per giunta intellettuale; si domanda qui appunto se fra tutte queste vite, compresa la morta, vi sia soltanto una differenza di grado o di specie: se insomma il principio vitale che nei sassi cagiona la vita morta, posto in buone circostanze e in favorevoli combinazioni possa dare origine a sensazioni. E siccome siamo convenuti che una tal questione non può decidersi altrimenti, che confrontando fra loro le *manifestazioni* d'ambidue le vite, della morta cioè e della sensitiva; trovato essendosi che le prime non corrispondono per nulla al concetto delle seconde, chiaro è che i due principii vitali hanno da fare l'uno con l'altro quanto la vita viva colla morta ossia con la vita che non è vita: l'uno, comunque si rivolti, è morto, morto come un grano di piombo; l'altro vivo, vivo come chi sente » (SALIS SEEWIS, *Della cognosc. sensit.*, n. 426-8).

tio sensitiva inest organismo; ergo et facultas cognoscitiva sensitiva.

Coroll. IV. — Idipsum affirmandum de appetitu sensitivo et facultate locomotiva; siquidem facultates istae nequeunt altioris ordinis esse ac cognitio, quam consequuntur (1).

Obi. I. — Si concedimus unicuique monadi vel atomi, organismi animalis, sensationem aliquam vel solum partem aliquam sensationis, in earum complexu, nempe in toto organismo, habebimus subiectum quod sentiat integra et diversa obiecta sensibilia, simulque discernat ea, earumque sensationes.

R. — Qui haec obiicit, evidenter ineptit, confundendo monadum vel atomorum *aggregationem* (quae non est nisi relatio maioris vel minoris propinquitatis, ac proinde acci-

(1) « I materialisti si scontreranno udendo come.... filosofi cattolici ammettono, senza scrupolo, che le facoltà sensitive sieno intrinseche agli organi loro, nè possano sussistere divise da quelle. Alcuni, è vero, la pensano diversamente opinando con Platone che l'anima sia essa sola senziente com'è essa sola intelligente; dalla qual sentenza si mostra non alieno sant'Agostino. Ma presso i più, a contar precisamente dal medio evo, per circa tre secoli, la sentenza contraria dominava per le scuole cattoliche; ed ora riprende voga presso quei moltissimi che seguono le teorie scolastiche. A parer loro le facoltà sensitive, benchè proprie dell'anima, sono unite così intimamente coi loro organi, che formano con esse un solo composto senziente; per tal modo che l'occhio animato egli veramente vede e non già l'anima sola in occasione dell'impressione fatta in esso dai raggi luminosi: e dall'occhio animato procede quell'atto immateriale (*immateriale* relative, i. e. minus materialis quam omnes actiones materiae brutae) e vien prodotta quella immateriale (item relative) imagine, in cui si compie l'atto della visione. Nella guisa medesima, non è l'anima sola quella che imagina, ma il cervello animato, cioè il composto che risulta dalla imaginativa e dal suo organo. Sicchè tali operazioni si dicono essere dell'anima solo in quanto il composto ha da lei il poter produrre tali operazioni. Si potea dir più chiaro? E sono parole di San Tommaso d'Aquino: dal quale e da quanti altri si volessero scolastici sarebbe facile citare esplicite dichiarazioni dell'esser, le potenze sensitive, energie intrinseche alla materia dell'organo che informano e da lui indivisibili. Perciò se i materialisti non hanno rinvenuto studiando altra novità fuor di questa, arrivano tardi » (Idem, op. cit. n. 421).

dens quoddam) cum *substantia*, cui tribuat operationes quae a singulis monadibus vel atomis persolvi non possunt. — Numquid inter quatuor homines, utcumque propinquos et ita dispositos ut unus prospiciat orientalem mundi plagam, alter occidentalem, tertius septentrionalem, quartus denique meridionalem, haberi unquam poterit qui una simul prospiciat quatuor mundi plagas, sicque unam ab alia discernere valeat et visionem unius a visione alterius? Idem, mutatis mutandis, dicendum de substantiis adversariorum. Quocumque enim modo ipsae aggregentur et disponantur, usquedum eadem perseverant in suo esse substantiali, nulli alii substantiae originem praebebunt, quae valeat perficere quod ipsae perficere non valent.

Obi. II. — Necessitas, quam anima habet organismi ad sentiendum, satis explicatur dicendo animam sentire non posse, quin corpus sentiendum impressionem faciat in organismo, et, per organismum, in ipsa anima. Ergo argumentum primum, pro evictione secundae thesis partis, nullum plane est.

R. — *Nego ant.* et *cons.* Re quidem vera:

1) Si anima ab organismo impressionem aliquam potest accipere, cur non etiam ab ipsismet corporibus sensibus sine intermedio organismo? Forsitan anima includitur in organismo tanquam vinctus in carcere vel thesaurus in arca?

2) Anima nequit impressionem accipere ab organismo plus quam a quolibet alio corpore. Et sane, organismus est corpus: corpora vero non agunt nisi contactu physico, seu contactu stricte sumpto, quod importat commensurationem quandam seu mutuam appositionem partium agentis et patientis, tangentis et tacti. Atqui anima, fatentibus ipsis adversariis, est inextensa, ideoque caret partibus quibus apponantur partes organismi. Ergo...

Obi. III. — Si sensatio et facultas sensitiva residerent in organismo, non haberetur identitas sentientis quoad diversas sensationes, immo quoad ipsam sensationem unius eiusdemque obiecti. Revera, in organismo partes sunt distinctae. Sed ubi partes sunt distinctae, actio unius extranea est actioni alterius. Ergo...

R. — *Nego ant.* Ad prolatam autem rationem *dist. mai.* In organismo partes sunt distinctae, sed continuae, ideoque actuatae per idem esse substantiale et principium primum operationum, *conc.*; partes sunt distinctae et non-continuae, i. e. divisae, ita ut evadant totidem substantiae per se existentes et principia prima operationum, *nego.* — *Contrad. min.* Actio unius partis extranea est actioni alterius, quando partes sunt distinctae, sed continuae, ideoque actuatae per idem esse substantiale et principium primum operationum, *nego.*; quando partes sunt distinctae et non-continuae, i. e. divisae, ita ut evadant totidem substantiae per se existentes et principia prima operationum, *conc.* Iam scholastici, quorum doctrinam sectamur, inter partes uniuscuiusque organismi unanimiter agnoscunt aliquam veram continuitatem. Ergo...

Obi. IV. In scholasticorum sententia anima sensitiva et materia haberent eandem operationem (sensationem) et facultatem operativam (sensus). At impossibile est animam et materiam habere eandem operationem et facultatem operativam. Ergo...

R. — *Conc. mai.*, sed *dist. min.* Impossibile est animam et materiam habere eandem operationem et facultatem operativam si ipsae sint duo entia completa et per se existens, quae faciant *unum* tantum *per accidens, conc.*; si ipsae sint duo entia incompleta, existens per idem esse substantiale et efficientia *unum per se*, sicut scholastici docent, *nego*, et *nego cons.*

ARTICULUS V.

DE PRINCIPIO COGNITIONIS SENSITIVAE.

Quid sentiendum de cognitionis sensitivae subiecto, videtur satis exploratum fuisse. Restat igitur ut modo exponamus quae ad intelligentiam eiusdem cognitionis principii primi et remoti (facultates cognoscitivae sunt tantum principia secundaria et proxima) spectant. En autem ordo pa-

ragraphorum quibus absolvetur totus hic postremus articulus Cosmologiae. In 1^o quid proprie sit principium cognitionis sensitivae investigabimus; — in 2^o quotuplex sit in unoquoque animali, et utrum sit etiam principium vitae vegetativae; — in 3^o cuius naturae sit, saltem in brutis; — in 4^o tandem quomodo oriatur intereatque.

§ I. QUID PROPRIE SIT PRINCIPIUM COGNITIONIS SENSITIVAE.

Nemo profecto dubitare potest quin illae operationes quae animae tantum inhaerent (intellectiones et volitiones) ab ipsa anima dimanent. Ast idem dicendum de operationibus, quae pro subiecto habent compositum ex anima et materia, i. e. corpus sentiens: corpus enim per animam sentit. Videmus igitur quo pacto fieri possit ut anima evadat principium primum cognitionis sensitivae, quanquam haec pro subiecto habeat compositum ex anima et materia.

THESIS. — *Anima, quia unitur materiae corporis animalis tanquam forma substantialis eius, evadit principium primum cognitionis sensitivae.*

Prob. — Ut paulo ante demonstravimus anima et materia habent unam eandemque operationem, cognitionem sensitivam. Iamvero, unitas actionis praesupponit unitatem facultatis, et unitas facultatis praesupponit unitatem substantiae seu naturae. Sed ut ex duabus rebus una substantia seu natura constituatur, necesse est illas ita uniri, sicut forma substantialis et materia prima, sicut principium determinans et principium determinabile in ipsa ratione substantiae: alioquin enim illarum unio non foret substantialis, sed tantum accidentalis. Ergo anima et materia in corpore animali ita uniuntur sicut forma substantialis et materia prima, sicut principium determinans et principium determinabile in ipsa ratione substantiae. Atqui proprium est formae substantialis seu principii determinantis evadere principium primum activitatis et vitae in corporibus (Cfr.

pag. 43 et 44); sentire autem procul dubio est agere, et agere vitaliter. Ergo anima, quia unitur materiae corporis animalis tanquam forma substantialis eius, evadit principium primum cognitionis sensitivae.

Coroll. I. — Anima est principium primum cognitionis sensitivae, sed *incompletum*; etenim non nisi in substantiali unione cum materia, i. e. in composito (principio primo *completo*) sentire potest.

Coroll. II. — Anima sensitiva non est substantia accidentaliter tantum unita corpori animali, in ipso quodammodo hospitata, eique assistens; sed est unum ex duobus eius constitutivis substantialibus, et proprie est constitutum nobilius, forma substantialis.

Coroll. III. — Cum impossibile sit idem corpus habere una simul plures formas substantiales, dicendum corpus animale ab anima sensitiva non modo recipere esse *sentientis*, sed etiam esse *vegetantis* et *corporis*.

Coroll. IV. — Anima sensitiva definiri potest: *actus primus corporis physici, organici, potentia vitam et sensationem habentis*. Pro explicatione vero praesentis definitionis confer quae iam attulimus, quum agebatur de anima vegetativa.

§ II. — QUOTUPLEX SIT IN UNOQUOQUE ANIMALI ET UTRUM SIT ETIAM PRIMUM PRINCIPIUM VITAE VEGETATIVAE EIUS.

Unitas primi principii vitalis in unoquoque animali iam, tanquam legitimum corollarium, educta fuit ex thesi praecedenti. Haud inutile tamen erit illam nonnullis aliis argumentis satius comprobare.

THESIS. — *In unoquoque animali unica existit anima sensitiva, quae est etiam primum principium illius vitae vegetativae.*

Prob. I p. (*unica existit anima sensitiva*). In homine ipsa conscientia aperte dictat unicum esse quod videt occu-

lis, audit auribus, olfacit naribus, experitur calorem vel frigorem in cunctis partibus corporis, imaginatur, memorat, etc. — Quod vero spectat ad belluam idipsum tenendum est, non solum ratione analogiae, sed etiam ratione connexionis, unitatis, quae admiratur inter omnes operationes eius vitae sensitivae (perceptiones nempe, passiones et locomotiones) iugiter conspirantes in eundem finem, qui est bonum totius organismi. Sane, unitas effectus poscit suam causam: causa vero unitatis inter operationes immanentes, i. e. vitales, inveniri debet in ipsa substantia quae immanenter, i. e. vitaliter, operatur, ideoque in ipsa anima substantiam illam informantem. Ergo...

Prob. II p. (*quae est etiam primum principium vitae vegetativae eius*). — **I.** — Facultates vegetativae, in animali, intrinsecus elevantur ad novum operandi modum, videlicet ad producendam substantiam, non mere vegetantem, sed *sentientem* aut sentientis propriam: ut patet ex vi assimilatrice, quae alimentum convertit in carnem, nervos, etc. Atqui hoc signum est principium ex quo facultates illae procedunt, non mere vegetativum, sed etiam sensitivum esse. Ergo...

II. — Unitas quae in animali admiratur inter omnes operationes vitae sensitivae, admiratur quoque inter easdem operationes et operationes vitae vegetativae; ipsae enim mutuam dependentiam habent, omnesque constanter tendunt in eundem finem, qui est bonum totius animalis. Iam unitas inter operationes vitales arguit unitatem primi principii vitae i. e. animae. Ergo...

Coroll. — **Animal:** — 1) non est aggregatio, seu ut nuperi malunt dicere, colonia sentientium, sed est *sentiens* unum, quandoquidem non nisi unum est primum principium sensationum in cunctis partibus organismi animalis; — 2) non est aggregatio viventium (unius sentientis et unius vegetantis, aut plurium sentientium et plurium vegetantium), sed est unum vivens, quandoquidem non nisi unum est primum principium operationum vitalium, sensitivarum ac vegetativarum, quae in toto organismo animali explentur.

Obi. — Quaedam animalia (annulosa e. g.) dividi pos-

sunt in plures partes, quin unaquaeque pars desinat animari et vivere. Ergo saltem animalia haec habent plures animas.

R. — *Conc. ant.*, sed *dist. cons.* Animalia haec habent plures animas *in potentia*, quia eorum anima, utpote minus perfecta dividi potest *per accidens* h. e. per divisionem organismi cuius est forma (Cfr. pag. 105-6), *conc.*; habent plures animas *in actu, nego.* « In animalibus annulosis, quae decisa vivunt, est una anima in actu, et multae in potentia » (S. THOMAS, *Cont. Gent.*, lib. II, c. 89).

Inst. — Non modo annulosa, sed omnia animalia, capite orbata vel utcumque in partes divisa, per aliquod tempus spectaculum vitae praebent in illis suis partibus.

R. — Omnia animalia, capite orbata vel utcumque in partes divisa, per aliquod tempus spectaculum vitae praebent, *dist.*: vegetativae, *conc.*; sensitivae, *subd.*; quum agitur tantum de capite et trunco, *conc.*; quum agitur de aliis partibus, *nego.* Ex rebus autem concessis nihil legitime inferri potest contra statutam thesim, etenim vita vegetativa et sensitiva, quae manifestatur in allegatis casibus, optime explicari potest per *multiplicitatem*, non actualem, sed latentem, virtualem, *potentialem*, animae (1).

(1) «... Bisognerebbe guardarsi dal vedere nel cadavere solo delle forme passive ed inerti, pronte a sciogliersi e scomporsi nella polvere della tomba. L'osservazione ci ha fatto al contrario scoprire una moltitudine di forze e di attività nuove, il cui risveglio è dei più istruttivi, e che dovranno spiegarsi facilmente colla teoria della vita già esposta, ma che noi dobbiamo riassumere in due parole per rendere più facile l'intelligenza e la spiegazione dei fenomeni che seguono.

Tutte le cellule che compongono il corpo d'un animale provengono da una cellula-madre, che le domina e le informa per tutto il corso della vita. Alla morte queste cellule ripigliano spontaneamente ciascuna la propria vita individuale e indipendente che non avevano avuto prima che allo stato virtuale e latente. Ma non possono conservare a lungo la simmetria, l'ordine in cui si trovano, nè i rapporti vicendevoli di cui fruiscono. Il corpo non è più allora che una collezione di cellule senza unità e senza solidarietà, destinato ad una prossima rovina.

Perciò il corpo vivente si risolve da prima in aggregati di cellule viventi: è il primo stadio della morte. In seguito le cellule viventi si risolvono in molecole di materia minerale: è il secondo ed ultimo stadio.

I fenomeni che contrassegnano il primo periodo sono estremamente

§ III. CUIUS NATURAE SIT.

Circa naturam animae sensitivae, non modo vitandus est error materialistarum, eam confundentium cum materia, sed etiam vitandus est error, haud minus gravis, spiritualistarum immoderatorum, qui eam a materia independentem faciunt et incaute adscribunt in rerum immaterialium numerum.

svariati ed interessanti. Ma dobbiamo limitarci e citeremo solo quelli che ci paiono più strani e più difficili ad interpretarsi.

Abbiamo già parlato della coda d'un ranocchio tagliata da Vulpian e posta nell'acqua. Le diverse parti di questa coda hanno continuato per qualche tempo a nutrirsi ed anche a svilupparsi a spese delle riserve alimentari di cui erano state provviste durante la loro aderenza all'animale; poscia, avendo esaurito le riserve, e non potendo elaborarne delle nuove per mancanza degli organi necessari, la coda ha cessato di vivere.

Nel cadavere la nutrizione di certe parti dei tessuti è ancor manifesta; i capelli, i peli, le unghie continuano a cacciare, senza rinnovarsi però; l'assorbimento della pelle è facile ad accertarsi; la funzione respiratoria od ossidazione dei tessuti persiste; il fegato continua a fabbricare dello zucchero; la digestione stessa può continuare. Si ricorda l'esperienza immaginata dallo Spalanzani per dimostrare quest'ultimo fatto; egli uccise una cornacchia dopo averla satollata con copioso cibo; la depose in luogo caldo dove potesse conservare il calore e l'aprì in capo a sei ore. Il cibo era quasi digerito. Questo era d'altronde un semplice fenomeno chimico, facile a riprodursi in un laboratorio, e per nulla un'operazione vitale propriamente detta.

Oltre a queste manifestazioni generali delle proprietà vitali, altre ce ne sono, molto più importanti, osservate in individui deceduti per morte violenta e particolarmente nei suppliziati.

Dopo la decapitazione i muscoli del cadavere conservano assai lungamente la loro eccitabilità; ove si provochino con una puntura, con un pizzico, e soprattutto col mezzo della pila elettrica, rispondono con una reazione spontanea detta atto riflesso. I muscoli del volto si contraggono e disegnano orribili grinze, le membra trasaliscono, sembra si vogliano raddrizzare ed eseguire veri movimenti di difesa.

Fra tutti i muscoli segnaliamo soprattutto il cuore che continua a battere ed a rispondere così all'eccesso del sangue che lo provoca, e ciò per più d'un'ora; si poterono contare fino a 45 battiti per minuto.

Si è veduto in suppliziati delle cellule vibratili muoversi 48 ore dopo

THESIS. — *Anima sensitiva, quanquam nobilior caeteris formis hucusque consideratis, est tamen et ipsa forma materialis.*

Prob. I p. (*nobilior caeteris formis hucusque consideratis*). — Natura cuiusque rei ex eius operationibus praesertim ostenditur. Atqui operationes animae sensitivae sunt longe nobiliores omnibus operationibus formarum hucusque

la morte; in rane morte da più settimane ci sono dei cigli vibratili che si muovono.

Questi movimenti, che si spiegano mediante la semplice contrattilità muscolare, provano che i muscoli in questione sono realmente viventi, cioè che l'aggregato di cellule, di cui il muscolo si compone, possiede la motilità vitale o contrattilità organica, insensibile ed incosciente, che è la proprietà d'ogni cellula animale vivente. In quanto al dolore od alla coscienza sensibile, non potrebbe esistere se supponiamo questi muscoli separati in forza della decapitazione dal centro cerebrale, organo della percezione sensibile e cosciente. Ma la questione potrebbe porsi benissimo pei muscoli del capo che sono rimasti in comunicazione col cervello. Noi potremmo domandarci se la testa del decapitato, subito dopo il supplizio, può ancor soffrir dolore e risentire le nuove ferite che le fossero inflitte. Prima di rispondere a questa questione, ascoltiamo il racconto d'un fatto che noi crediamo perfettamente autentico e che non ci pare per nulla inverisimile.

È il Dott. Petitgand (De Gray) testimonio oculare che ci racconta in questi termini l'esecuzione d'un brigante annamita, uomo robusto e d'un grande coraggio.

« Terminati i preparativi, io mi metto a due metri di distanza da lui; egli si era inginocchiato, e, prima di abbassare il capo, avea ancora scambiato meco un rapido sguardo.

« Il capo cadde ad un metro e mezzo da me senza rotolare, come avviene ordinariamente; ma la superficie della sezione applicandosi immediatamente sulla sabbia, l'emorragia si trovò in tal modo al minimo.

« A questo momento io fui spaventato al vedere gli occhi del suppliziato fissi francamente sui miei. Non osando credere ad una manifestazione cosciente, io descrissi vivamente un quarto di cerchio intorno al capo giacente a' miei piedi, e dovetti riconoscere che gli occhi mi seguivano durante questo movimento. Io ritornai allora alla mia prima posizione, ma questa volta più lentamente; gli occhi mi seguirono ancora per un istante brevissimo, poi mi lasciarono repentinamente. La faccia esprimeva in questo momento angoscia manifesta, l'angoscia

consideratarum; etenim per ipsas animal acquirunt (*intentionaliter*) formas aliarum rerum, sicque, dum idem in se permanet, fit quodammodo alia, inique relationes, quas mineralia et vegetalia certe inire non possunt. Ergo...

Prob. II p. (*est... forma materialis*). — Natura cuiusque rei ex eius operationibus praesertim ostenditur. Iam operationes animae sensitivae, cum sint omnes organicae (Cfr. pag. 162-3), non nisi una cum materia exerceri possunt. Ergo anima sensitiva est forma, quae non nisi una cum materia esse potest. Sed forma, quae non nisi cum materia esse potest, dicitur forma materialis. Ergo...

pungente d'una persona in istato d'asfissia acuta. La bocca s'aprì violentemente come per trar un'ultima aspirazione d'aria; e la testa così smossa dalla posizione d'equilibrio rotolò da una parte.

« Questa contrazione dei muscoli mascellari fu l'ultima manifestazione della vita. Dal momento della decollazione erano trascorsi da 15 a 20 secondi ».

Dietro questi fatti conchiuderemo volentieri col Dott. Petitgand:

1° Che il capo separato dal tronco può rimanere in possesso di tutte le sue facoltà, anche della coscienza e della volontà finché l'emorragia non oltrepassa certi limiti, e che l'irrigazione del sangue ossigenato rimane sufficiente per conservare la nutrizione abituale delle molecole cerebrali, cioè per prolungare la vita.

2° Che i movimenti ripetuti e convulsivi del mascellare inferiore non sono altro che i riflessi abituali della faccia nel caso d'asfissia acuta; sono causati dalla sensazione probabilmente cosciente della mancanza d'ossigeno necessario nel sangue rimasto nella testa.

Non vogliamo dire, senza dubbio, che tutti i decapitati hanno ancora coscienza del loro stato alcuni istanti dopo l'operazione fatale. Nel maggior numero dei casi la lama della ghigliottina produce una scossa bastevole a stordir la vittima e farle perdere coscienza; d'altra parte l'emorragia subitanea, che ordinariamente non viene rallentata da alcun ostacolo, deve sospendere tosto le funzioni cerebrali, poichè durante la vita, in piena salute, basta talvolta una leggiera commozione o il minimo disturbo nella circolazione del sangue per far perdere la conoscenza.

Ma noi pensiamo egualmente, che, in casi eccezionali, in soggetti vigorosi e di rara energia, quando la lama, attraversando uno spazio intervertebrale senza urtare la sostanza ossea, non produce alcuna commozione violenta, e soprattutto quando l'emorragia è arrestata subito da una causa accidentale; la vita ed anche la coscienza possono prolungarsi ancora per alcuni istanti assai brevi. (FARGES, *La vita e l'evoluz. delle specie*, p. 195-8).

Coroll. — Anima sensitiva, quia dependet quoad esse a materia, dici nequit *substantia* simpliciter, sed dici debet *substantia incompleta* vel, melius, *principium substantiale*.

Obi. — Ab Aristotile, Aquinate et aliis peripateticis atque scholasticis animae sensitivae seu belluinae *immateriales* dicuntur. Ergo...

R. — *Conc. ant.*, sed *nego cons.*, enimvero si aliquoties peripatetici atque scholastici dicunt animas sensitivas seu belluinas esse *immateriales*, immaterialitas haec, in eorum conceptu, non est immaterialitas vera, seu proprie dicta, importans independentiam a materia quoad esse et operari; sed est immaterialitas improprie dicta, importans dumtaxat talem supra materiam elevationem, ut: — 1) operationes sensitivae, quamvis fiant « per organum corporale, non tamen per aliquam *corpoream qualitatem* » (*S. Th.* p. I, q. LXXVIII, a. 1), i. e. per vires physicas et chemicas, sicut obtingit operationibus propriis animae mere vegetativae; — 2) per operationes sensitivas animal, non solum in se recipere valeat formas aliarum rerum cum materia (id quod fit etiam a plantis), sed eas recipere valeat etiam *sine materia* (id quod a plantis minime fit), licet tamen materialiter i. e. cum conditionibus propriis rerum materialium, cuiusmodi sunt extensio et figura determinata, etc.

Inst. — Animae aut sunt *materiales*, aut sunt *immateriales*. Ergo...

R. — *Conc. ant.* et *nego cons.* Nam, quum materialitas et immaterialitas sensibus diversis assumi possint ac reapse assumantur, una eademque res uno sensu dici poterit *materialis*, alio autem *immaterialis*. — Materialitas, non modo praedicatur de substantiis quae constant materia (hoc sensu non nisi corpora dici possent *materialia*), sed etiam de his, quae dependunt a materia eiusque imperfectionibus. Atqui dependentia haec maior aut minor esse potest, Ergo... — Rursus, immaterialitas, non solum praedicatur de substantiis completis quae non constant materia (hoc sensu non nisi angeli dici possent *immateriales*), sed etiam de omnibus his quae sunt a materiae imperfectionibus independentia. Iam independentia haec maior aut minor esse potest. Ergo...

§ IV. QUOMODO ORIATUR INTEREATQUE.

Anima sensitiva, utpote materialis, procul dubio oritur et interit eodem modo quo caeterae formae materiales, videlicet per generationem et per corruptionem (Cfr. pag. 107-8). Sed immensae quaestionis est id quod sequitur.

An locum habeat animarum successio in generatione animalis. — Aristotiles, Thomas, aliique, arbitrati sunt in animali, seu pressius in embryone animali, prius oriri animam mere vegetativam; postea, succrescente perfectione eiusdem embryonis, oriri animam sensitivam et vegetativam, cui tandem, si agatur de homine, subsequatur, per creationem, anima intellectiva, sensitiva et vegetativa.

Opinio haec communissima fuit usque ad seculum XVII; sed exhinc coepit invalescere opinio contraria, quae nullam animarum successionem agnoscit in generatione brutorum hominumque, et iam in ipso primo momento conceptionis docet unumquodque vivens suam propriam animam sortiri, quae, si agatur de animali bruto, erit sensitiva et vegetativa, si agatur de homine, erit intellectiva, sensitiva atque vegetativa. In praesentiarum vel ipsi scholastici rigidiores vehementer disputant; argumenta autem proferre, quibus utrique nituntur ad opinionem sibi magis acceptam comprobendam, nimis longum fuerit.

PNEUMATOLOGIA

